Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



In principio creauit deus ce
lum et terram. Terra autem
erat inanis et uacua et tene
bre erant super faciem abyssi
et spiritus dei ferebatur super
aquas. Dixit quoque deus. fiat
lux. Et facta est lux. Et vi
dit deus lucem quod esset bonum
et diuisit lucem a tenebris.
Appellauit que lucem diem; et
tenebras noctem. factum que
est uespere et mane dies unus.
Dixit quoque deus. fiat firma
mentum in medio aquarum
et diuidat aquas ab aquis.
Et fecit deus firmamentum
diuisit que aquas que erant sub
firmamento abhis que erant
super firmamentum. Et factum
est ita. Vocauit que deus firma
mentum celum. Et factum
est uespere et mane dies secun
dus. Dixit uero deus. Con
gregentur aque que sub celo
sunt in locum unum. et appa
reat arida. factum que est ita
Et uocauit deus aridam ter
ram. Congregationes que aquarum
appellauit maria. Et vidit
deus quod esset bonum et ait.
Germinet terra herbam vi
rentem et facientem semen et
lignum pomiferum faciens
fructum iuxta genus suum
cuius semen in semetipso sit su
per terram. Et factum est ita.
Et protulit terra herbam vi
rentem. et afferentem semen iux
ta genus suum lignum que faciens
fructum et habens unusquisque semen
secundum speciem suam. Et
vidit deus quod esset bonum
factum que est uespere et mane dies
tertius. Dixit autem deus fi
ant luminaria in firmamento
celi. et diuidant diem a nocte
et sint in signa et tempora et di
es et annos. ut luceant in firm
amento celi et illuminent terram
Et factum est ita. fecit que deus duo
magna luminaria. Luminare
maius ut preesset diei et luminare
minus ut preesset nocti. et stel
las. Et posuit eas in firmamento
celi. ut luceant super terram et preesent
diei ac nocti. et diuidant lucem ac
tenebras. Et vidit deus quod esset
bonum factum est uespere et
mane dies quartus. Dixit etiam
deus. Producant aque reptile a
nime viuentis et volatile
super terram. sub firmamento celi
Creauit que deus cete grandia et
omnem animam viuentem
atque motabilem quam produxerat
aque in species suas. et omne vola
tile secundum genus suum. Et
vidit deus quod esset bonum. Be
nedixit que eis dicens. Crescite et
multiplicamini et replete aquas
maris. Et factum est uespere
et mane dies quintus. Dixit
quoque deus. producat terra animam
viuentem in genere suo. Iumen
ta et reptilia et bestias terre secun
dum species suas. Factum que est
ita. Et fecit deus bestias terre
iuxta species suas. Et iumenta

aues que multiplicentur super terram